inscripsit. Cui iam exnunc Intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per Atem et testes duos officiose acceptandam dat et admittit Pacemque tuitionem et evictionem omnimodam occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico quarumuis personarum propinquarum et remotarum toto tempore tenutae eiusmodi cavet Sub vadio simili aliorum octo floren polon. Et coram officio praesenti Castrensi Capitaneali Branscensi peremptoria responsione ac satisfactione omnibus in Vniuersum iuris remedijs et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores penitus abiurando et abrenunciando Sub amissione suae et suorum successorum totius et integrae causae.

Plonski

Obligatio

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Joannes olim Mathiae Gasowski de Skwarki haeres nomine suo et Nobilis Mariannae Plonska filiae olim Mathaei consortis suae legitimae a qua de rato et grato cauet sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit. Quia Nobili Simoni olim Stanislai Plonski et ipsius legitimis successoribus bonorum suorum immobilium et praefatae consortis suae in haeditate Plonka Strumienskie consisten. v Browarze sulcum vnum a Browar ad graniciem Lupienska tenden. inter metas Nobilis Thomae et successorum olim Stanislai Plonski iacen. Item in alio campo duos sulcos ab areis ad metam seu Pszenicyska tenden. inter metas Vt supra iacen. Item in tertio campo duos sulcos a granicie seu fluuio ad Bor tenden. za mtyniskami inter metas Nobilium Adami et Petri Gasowski iacen. cum agris pratis syluis et omnibus vtilitatibus fructibus prouentibus redditibus attinentijs et pertinen. nullis exceptis in Viginti florenis polon. hinc et ab actu praesenti vsque ad exemptionem et summae praefatae integram et indiuisam exolutionem obligauit et inscripsit. Cui iam exnunc Intronem realem cum actuali ac pacifica possessione per Atem et testes duos officiose acceptandam dat et admittit. Pacemque tui-

tuitionem et Evictionem omnimodam occasione praemissorum ab omni impedimen-
to iuridico quarumvis personarum propinquarum et remotarum et praecipue
a praenominata consorte sua toto tempore tenutae eiusmodi cavet
Sub vadio simili aliorum viginti florenorum polon. in defectu Evictio-
nis seu praedictae possessionis ad solvendum irremissibiliter succumben-
do. Et coram officio praesenti peremptoria responsione ac satisfactio-
ne omnibus in universum iuris remedijs et defensis legalibusque
impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores
uti abscindendo et abrenunciando. Sub amissione suae et suorum
successorum totius et integrae causae.

Porosla Woislawy **Cessio**

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Branscensibus personali-
ter comparens Nobilis Gregorius olim Alberti Poroski sanus mente et corpore
existens palam publice ac libere recognovit Quia Nobili Jacobo olim Andreae
Poroski de Porosla Woislawy Nati et ipsius legitimis successoribus de omni
et integro iure suo seu Inscriptione certa super bona Porosla Woislawy
sibi recognoscenti per Nobilem Stanislaum olim Joannis Poroszki coram Actis
praesentibus feria quarta post Dominicam Misericordiae prox. Anno Do-
mini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo quinto modo perpetuae do-
nationis facta et recognita Cum omnimoda potestate eiusmodi Inscri-
ptionis suae ac parata Intromissione possessione tuitione Evictio-
ne et ligamentis in originali Inscriptione contentis omnibusque in ge-
nere et singulis in specie utilitatibus usibus fructibus redditibus at-
tinentijs et pertinentijs accepta sua pro praemissis sufficienti sa-
tisfactione cedit et condescendit omneque et integrum iuris sui bene-
ficium sibi ad praemissa veniens in personam eius et ipsius succes-
sorum plenarie et ex integro transfert et transfundit Intromissio-
nem illi iam exnunc realem cum actuali ac pacifica possessione
per Ministerialem Regni Generalem et Nobiles duos quem et
quos facilius sibi ad id negotium expediendum conducere po-
terit in bona suprascripta modo cessionis infrascripta officio
se acceptandam admittendo.